



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinqve

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

Disputatio XXXVII. De cæremonijs sacramenti Confirmationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

2. Præterea sicut hoc sacramentum requirit deuotionem & dantis & recipientis, ita etiam & sacramentum Baptismi. Sed in hoc sacramento Baptismi non requiritur, quod à ieiuniis sumatur vel conferatur. Ergo videtur inconuenienter statutum in Concil. Aurelianensi, ut ieiunium ad Confirmationem remaneat, & in Concil. Melden. ut Episcopi non nisi ieiunium per impositionem manuum Spiritum sanctum tradant.

Capit. 37. & Conc. Meld. c. 6. reformatur hac de cons. d. 5. ca. P. 1. etiam. & vi. Episc. Art. 2. huius qua.

3. Præterea, Chryisma est quoddam signum plenitudinis Spiritus sancti, ut supra dictum est. Sed plenitudo Spiritus sancti data est fidelibus Christi in die Pentecostes, ut habetur Act. 2. Magis ergo debet chryisma confici & benedicci in festo Pentecostes, quam in cæna Domini.

Sed contra est usus Ecclesie, quæ à Spiritu sancto gubernatur.

RESPONDEO dicendum quod Dominus Matth. 18. fidelibus suis promisit, dicens, ubi fuerint duos vel tres congregati in nomine meo, ubi sum in medio eorum. Et ideo firmiter tenendum est, quod ordinationes Ecclesie dirigantur secundum sapientiam Christi & propter hoc ce- lum esse debet. ritus, quos Ecclesia obseruat in hoc, & in aliis sacramentis, esse conuenientes.

In epistol. ad Hispan. Episc. ante meo te. I. Concil. & habetur de consec. d. ca. De his.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Melchisedech Papa dicit, ita conuincta sunt hæc duo sacramenta (scilicet Baptismi & Confirmationis) ut ab iniuicem (nisi morte præueniente) nullatenus possint segregari & vnum sine altero rite perficere possit. Et ideo eadem tempora sunt præfixa Baptismo solenniter celebrando, & huic sacramento. Sed quia hoc sacramentum à solis Episcopis datur, qui non sunt semper præsentis, ubi Presbyteri baptizant, oportuit, quantum ad communem usum, sacramentum Confirmationis etiam in alia tempora differre.

ut patet de consec. d. 5. c. P. Episc.

Ad secundum dicendum, quod ab illa prohibitione excipiuntur infirmi, & morte periclitantes, sicut in statuto Meldensium Concilij legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium, & propter pericula imminencia, sustinetur, ut hoc sacramentum (quod non nisi ab Episcopis dari potest) etiam à non ieiunatis detur vel accipiatur, quia vnus Episcopus, præcipue in magna diocesi, non sufficeret ad tot homines confirmandos si eius tempus archæretur. Vbi tamen congrue obseruari potest, conuenientius esse, ut à ieiunatis detur & accipiatur.

Habetur de consec. d. 4. c. Omnia rempora.

Ad tertium dicendum, quod sicut ex Concilio Martini Patris habetur, omni tempore licebat chryisma conficere. Sed quia sollemnis Baptismus, ad quem requiritur usus chrysmatis in vigilia Pasche celebratur, congrue ordinatum est, ut per biduum ante ab Episcopo chryisma benedicatur, ut possit per diocesim destinari, dies etiam ille satis congruit ad materias sacramentorum benedicendas, in quo fuit Eucharistia sacramentum institutum, ad quod omnia alia sacramenta quodammodo ordinantur, sicut supra dictum est.

quest. 65. ar. 2.

DISPVATIO XXXVII. & sexta huius sacramenti.

De ceremoniis sacramenti Confirmationis



Vo possunt in presenti considerari. Vnum est, confectio chrysmatis, aliud est, sacramentalis vsus ipsius chrysmatis, in quo sacramentum ipsum consistit: & vtrumque fit ab Ecclesia speciali solemnitate ac ritu, qui breuiter erit à nobis explicandus.

SECTIO I.

Vtrum confectio chrysmatis conueniente ritu fiat ab Ecclesia.

Omnes hæretici, qui, sicut cæteras, ita & has Ecclesie ceremonias damnant, nihil tamen speciale de hoc sacramento asserunt, præter ea, quæ ita in annotabimus ex generali ratione, quam D. Thomas hic attingit, supponimus, Ecclesiam non errare, sed conuenienter agere in huiusmodi ceremoniis, quia à Christi Domini Spiritu, & sapientia gubernatur.

D. Thom.

Vt vero eartum rationem reddamus, ad quinque vel sex ceremonias reuocari omnes possunt, ex quibus aliqua antecedunt, alia subsequuntur, alia vero committantur, seu extrinsecus circumstant ipsius chrysmatis confectio. Prima ergo ceremonia est, benedictio balsami, quæ ab Episcopo partim orationibus, & deprecationibus, partim signo, & benedictione Crucis perficitur. De qua nihil dicendum occurrit præter superius dicta: nullam enim potest nouam pati calumniam, quia nullum potest esse apti signum ad cuius rei sanctificationem, quam uerbum Dei, oratio, & Crucis signum, ut in superioribus late ostensum est.

Secunda ceremonia est, benedictio olei chrysmalis, quæ eodem verbo & oratione ac signo Crucis perficitur: fit autem per modum exorcismi, quod nullam habet nouam difficultatem, postquam quæ supra de exorcismis in genere dicta sunt, solum dubitari potest de quadam ceremonia, quæ huiusmodi benedictionem antecedit, scilicet, quod Pontifex & duodecim sacerdotes illi assidentes halant in modum Crucis super os ampullæ habentis oleum chrysmale, quæ solum ad significationem quandam introducta est, & ideo nullam habet superitionem, Christus enim Iohannis 20. ut Apostolis Spiritum sanctum daret, in eos insufflauit: quia ergo chrysmale oleum ad dandam Spiritus sancti plenitudinem sanctificatur, ideo ad hoc significandum Ecclesia prædictam insufflationem induxit, quæ ceremonia antiquissima est, ut constat ex Ildoro, Ruperto & aliis, Iuliano qui de officiis Ecclesiasticis scripserunt, & ex ordine Romano, ac libro Pontificali.

Tertia ceremonia est, mistio balsami & olei, quam facit Episcopus immitendo balsamum in ampullam chrysmalis olei, proferens illa verba. Hæc commissio liquorum, fiat omnibus ex ea perunctis proprietate & custodia salutis in sæcula seculorum: quæ adione & uerbis substantialis confectio chrysmatis perficitur: nam chryisma uirtutibus liquoris missionem, & benedictionem essentialiter requirit. Et quamuis inter agendam primam ceremoniam Pontifex parum olei misceat cum balsamo in patena, uel alio uasculo distincto ab ampulla chrysmatis, tamen ibi reuerentia periculis chrysmatis, quæ neque ea intentione fit, nequella est perfecta & completa mistio, sed tantum inchoatio quædam, & adumbratio eius.

Quarta ceremonia, quæ post confectum chryisma subsequitur, est ueneratio quædam seu salutatio eius: nam Pontifex capite inclinato salutatur chryisma, dicens: Salue sanctum chryisma, & deinde osculatur labrum ampullæ, quod secundo, & tertio facit, & hæc postea imitantur duodecim sacerdotes, qui ipsam comitantur: hæc autem ceremonia hæreticis uidebitur idolatriam sapere, quia in ea, uidetur creatura adorari: aliis uero indoctis uideri potest ridicula, quia res inanimis non potest salutari, quamuis possit reuerenter tractari, nam salutatio proprie ad personam intelligentem dirigitur. Dicendum uero est, hanc ceremoniam merito esse ab Ecclesia introductam ad commendandam fidelibus sancti chrysmatis excellentiam ac reuerentiam: est enim chryisma res quædam sacra, summiq; modum sanctificationis habens, & ideo propria quædam reuerentia & ueneratio illi debetur, sicut & aliis sacris signis, & rebus diuino cultui dedicatis, ut egregie docuit D. Thomas 2. 2. q. 99. articulo 3. quæ reuerentia dicta est à nobis in superioribus, adoratio respectiua, quia licet uere ac proprie ad rem ipsam inanimem terminetur, non tamē propter ipsam, sed propter id, ad quod refertur, seu quod significat. Ad hoc autem significandum inter dum hæc ueneratio per modum salutationis exprimitur, sicut etiam Beatus Andreas Crucis salutauit, dicens, Salue Crux pretiosa, & Ecclesia canit, O Crux aue spes unica. Quæ uerba quatenus orationem

tionem vel salutationem continent, per tropum & prosopopeiam explicantur, & ad Christum, seu rem representatam referuntur: vt dixi in i. tomo disputat. 4. sectione 4.

Quinta caeremonia pertinet ad circumstantiam temporis, quam hic notauit Diuus Thomas in solutione ad 3. vbi primum dicit, olim nullum fuisse anni tempus ab Ecclesia definitum ad chrisma conficiendum, sed quolibet tempore confici potuisse, quod colligitur ex Conc. Marti. Pape: videtur autem allegare cap. Omni tempore, de conse. dist. 4. quod sumptum est ex Canonibus collectis a Martino Bracharenii Episcopo, c. 1. v. dicitur, Omni tempore licere Episcopo chrisma conficere, & similia verb a habentur in Concilio Tolet. I. cap. 20. Sed nihilominus certum est, tempus ab Ecclesia designatum ad chrisma conficiendum, esse Feriam quintam Coenae Domini: illo enim die, vt supra vidimus ex Patribus, praesertim Fabiano, & Cypriano, Christus Dominus docuit chrisma conficere: in cuius rei memoriam illo tantum die confici consuevit. Item, quia, vt D. Thomas hic ait, tempus solemnis baptismatis fuit semper vigilia Paschatis: ideo ante duos dies consuevit renouari Chrisma, quod vsui esse posset in solemni Baptismate: haec autem consuetudo praeter Fabianum epist. 2. & Cyprian. serm. de vnctione chrisimatis, colligitur ex Iudoro, Alcuino, Ruperto, & aliis antiquis scribentibus de diuinis officijs. Vnde in Concilio Meldensi, c. 4. 6. expresse praecipitur, vt nemo sacrum Chrisma, nisi in quinta Feria maioris hebdomadae conficere praesumat: & ob hanc causam in capit. Quonia, de sentent. excommun. in 6. dicitur, Chrisma esse conficiendum in die Coenae Domini, etiam si terra interdicta exeat: Quapropter verisimile non est, fuisse aliquando vsitatum in Ecclesia, vt quolibet anni tempore chrisma conficeretur: quia Fabianus Papa contrarium praecipit, & indicat fuisse traditionem Apostolicam. Neque ex prioribus decretis id satis colligitur: nam, quod dicitur, Omni tempore, potest optime per distributionem accommodari intelligi: scilicet, omni tempore ad conficiendum chrisma praescripto licitum esse Episcopo illud conficere, id est, hoc per se, & ex officio ad illius munus pertinere: nam illa decreta non intendunt docere, quo tempore liceat chrisma conficere, sed ad quem per se hoc munus & officium pertineat: nam Concil. Toletan. expresse intendit prohibere abusum quorundam Presbyterorum, qui consecrationem chrisimatis sibi vsurpabant: & tam ibi, quam in dicto c. Omni tempore, statim post illa verba, Omni tempore liceat Episcopo chrisma conficere, subditur, Et per diocesim destinare, ita vt ad accipiendum chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem Paschae de singulis Ecclesijs ad Episcopum destinetur, vt possint ad tempus deferre: non ergo loquuntur de omni tempore simpliciter, sed accommodate, id est, de omni tempore annuali, vt Glossa etiam exposuit.

Vltimo adiungere possumus circumstantiam loci, sub qua comprehenditur potest, quod chrisma conficiendum est in Ecclesia, & in loco presbyterij, vt notatur in Pontificali Romano, & huc etiam spectat, quod non est conficiendum, nisi solemni ritu, & inter Missarum solemnia, imo ab Episcopo Pontificali ritu celebrante: ita enim ab Ecclesia praescriptum, semperque seruatum est. Vnde, vbi hoc modo conficendum potest, vel quia Ecclesia vacat, vel quia Episcopus impeditus est, ne illud possit solemni ritu conficere, praetermittenda est eius consecratio, & aliunde nouum chrisma erit deportandum, vt alia consuetudo Ecclesiae seruetur, vtendi singulis annis nouo chrismate: de qua infra dicitur. Ad haec etiam circumstantiam spectat, vt chrisma in proprio ac determinato vasculo conficiatur, quod ad hoc munus sacrum habeatur: nam, cum chrisma res sacra sit & ad sacrum ministerium deputata, ad eius reuerentiam spectat, Franc. Suarez. Tom. 3.

vt non communi vasculo ac vulgari conficiatur & custodiat. sed specialiter ad hoc munus deputato: & ita colligitur ex ordine & Pontificali Romano, quaquam autem apud veteres nonnulla mentio chrisimalis vasculi, seu ampullae inueniatur, vt patet ex Iuone epist. 3. & in decreto part. 1. cap. 266. & ex Burcardo lib. 4. decreti, cap. 75. & ex Concil. Meldensi, cap. 1. & Oprato Mileuitano, lib. 2. contra Parmenianum. non tamen inuenio esse ab Ecclesia institutum specialem aliquam benedictionem, aut consecrationem talis vasculi: sed ipsomet vsu videtur sacrum: post quem vsu non debet ad vulgarem, seu profanum vsu conuerti. Neque etiam inuenio esse ab Ecclesia definitam specialem materiam, ex qua conficiendum sit: licet communiter sit argentea, vel aurea, & ita maxime deceat, tum propter securitatem, tum propter munditiam, nullum tamen inuenio de hac esse praecipuum: imo ampulla illa, cuius meminit Opratus, vitrea vel alterius similis materia fuisse videtur: refert enim, haereticos per fensuram illam proiecisse, vt eam frangerent: & miraculo ascribit, quod casum non sensit, nec contracta est, sed Deo muniente, illa inter saxa confedit. Videtur ergo hoc prudenti pastoris arbitrio relinquendum: semper tamen, quoad fieri possit, seruaanda est Ecclesiae consuetudo.

SECTIO II.

Vtrum Sacramentum Confirmationis conueniente ritu ab Ecclesia conferatur.

Hi nihil dicendum est de substantiali ritu: ad quem spectat, quod vnctio ex Chrismate fiat in fronte, & sub signaculo Crucis, vt superius dictum est: dicendum est ergo solum de accidentali ritu, qui solum in tribus aut quatuor circumstantijs, seu caeremonijs consistit. Primo ergo notari potest circumstantia temporis, quam D. Th. hic attrigit in solutione ad primum: vbi dicit, eadem tempora Paschatis, & Pentecostes, quae olim erant ad Baptismum designata, hoc etiam Sacramentum comprehendisse, quia olim simul conferebantur, vt supra vidimus: atque ita statuitur in Conc. Paris. sub Ludouico & Lochario, l. i. c. 33. tamen illud Concilium provinciale est, in vniuersum autem, nec satis constat, olim fuisse rigoroso praecipio prohibitum, ne Sacramentum Confirmationis extra illa tempora daretur: & nunc certius est, nullum esse tale praecipuum: tum quia contrarium tenet consuetudo, quae in ipso etiam Baptismo illam limitationem abrogauit: tum etiam quia in hoc Sacramentum id commode seruari non poterat, vt D. Th. notat: quia eius minister est solus Episcopus, qui non potest quolibet tempore adesse ad confirmandos baptizatos: potest ergo hoc Sacramentum conferri quolibet tempore opportuno. An vero matutino tempore conferendum sit, statim dicam.

Secundo notari potest circumstantia loci, de qua Palud. q. 3. art. 3. dicit, licet consecratio chrisimatis tantum fieri possit in Ecclesia, tamen Sacramentum potest dari in quolibet decente loco: & censo, hoc esse probabile: quia nihil inuenio sub praecipio praescriptum: & in Pontificali solum dicitur, quod fiat ante medium altaris, aut in alio conueniente loco: consuetudo autem obtinuit, vt detur tantum in Ecclesia, & ita obseruandum est, quoad fieri possit: nam, si hoc de Baptismo praecipuum est in Clementina de Baptismo, maxime decet, in Confirmatione etiam obseruari. Statuitur autem in c. Responso de sentent. excommun. posse hoc Sacramentum conferri in locis interdictis, vt potest Baptismus.

Tertio ad hunc ritum etiam spectat, quod Episcopus vestibus sacris indui debet ad hoc Sacramentum ministrandum: id enim pertinet ad ornatu, & decentiam huius Sacramenti: tenetur ergo in hoc obseruare, quod in Romano Pontificali praescribitur. Ex parte vero ipsius confirmandi nulla est in hoc

ceremonia praescripta: olim enim, quia Confirmatio statim post solemnem Baptismum dabatur, & baptizati induebantur vestibus albis, ideo eisdem candidati vestibus ad hoc sacramentum recipiendum accedebant, quod satis erat accommodatum ad innocentiam significandam, quam accedentes ad hoc sacramentum gestare debent nunc vero, postquam illa ceremonia cessauit, nulla est circa hoc specialis obseruantia, sed tantum decentiae, & honestatis ratio habenda est.

D. Thom. Quarto obseruatum est, vt tam confirmans, quam confirmandus ieiuni accedant, vt tetigit D. Tho. hic in solutio. ad 2. & significat hoc fuisse praecipuum in Concil. Senon. capit. 3. & Concil. Meldensi. c. 6. & habetur in cap. Vt ieiuni, & cap. Vt Episcopi, de consecrat. dist. 5. & idem statuitur in Concil. Paris. libr. 1. c. 33. vbi adducitur congruentia: quod Apostoli ieiuni confirmati sunt per Spiritus sancti aduentum: & credibile est, eos non nisi ieiunio alii Spiritum sanctum tradidisse: quia ita decebat tam excellens ministerium, vt, qui daturus est Spiritum sanctum, prius ieiunando & orando in corde suo illi praepararet habitaculum. iuxta quae decreta, si haec ceremonia obseruanda est, consequenter dicendum erit, Sacramentum hoc matutino tempore ante prandium esse ministrandum: quia alias, moraliter loquendo, non posset ieiunio à ieiunio ministrari. Nihilominus tamen dicendum est, hanc ceremoniam non esse ex necessitate praecipui, sed solum ex decencia, vt hic D. Thomas: quem omnes sequuntur, & expresse annotatur in Pontificali Romano: neque in supra citatis decretis sunt verba, quae sufficienter indicent praecipui obligationem: & quamuis essent, tamen illa Concil. Provincialia sunt: neque eorum lex communi vsu est recepta, sed potius abrogata: nam fere consuetudo iam obtinuit, vt Sacramentum hoc post prandium conferatur. Quinta ceremonia est, quod in hoc Sacramento adhibetur susceptor, qui confirmandum tenet.

Sexta, antequam Episcopus conferat Sacramentum, fundit quaedam orationes, deprecationes, ac benedictiones: & peracto Sacramento, alias similiter subiungit, quae pia sunt, & iuxta consuetudinem Ecclesiae obseruanda.

Septima, post factam vñtionem substantialem in fronte, vitta linea caput confirmati ligatur: quam alii vno, alij tribus, alij septem diebus gestare consueuerunt, quod fit propter Christum reuerentiam, vt non abluatur, sed exlicetur. Vnde haec ceremonia seruanda omnino est, vt colligitur ex D. Thom. in 4. d. 7. qu. vlt. art. vlt. & aliis authoribus ibi, & Summistis verb. Confirmatio: quamuis in temporis, seu dierum determinatione nulla sit obligatio: sed vbiq; propria consuetudo seruanda est, vt in Pontificali Romano dicitur. Atq; idem iudicium ferendum est de eo, quod Hugo Victor. lib. 2. de Sacram. par. 7. c. 6. dicit, per septem dies non esse abluendum caput, seu frontem hominis confirmati: quod ipse etiam, non vt necessarium, sed vt conueniens docet: & loquitur de vulgari, & communi ablutione: nam alicubi moris est, vt paulo post abluantur in fonte Baptismatis: vbi autem hoc non obseruatur, satis erit expectare, donec christina exsiccatum sit.

Octava, post peractum Sacramentum Pontifex leniter dat confirmato alapam super genam, dicens, Pax tecum, quod solum fit ad significationem, vt confirmatus intelligat, se armari ad iniurias pro Christo ferendas: & alij dicunt, fieri etiam ob memoriam, vt suscipiens recorderetur Sacramenti suscepti, & militig, ad quam exercendam conscribitur: haec autem ceremonia non videtur esse tanti momenti, vt, si praetermitteretur, sit peccatum mortale, secluso contemptu, vt notauit Soto hic a. 12. vbi aliam ceremoniam refert, scilicet quod caereus offertur: sed hanc non inuenio in Pontificali Romano, neq; in antiquis authoribus.

Hugo. vii.

Soto.

De praecipuis ad hoc Sacramentum pertinentibus.



Distinguenda sunt duae personae, quae in vsu huius Sacramenti, sicut & aliorum, necessario interueniunt, scilicet suscipiens, & minister, & de vtriusque obligationibus, & de modis, quibus contra eas delinquere possunt, & de poenis, si quas fortasse incurrant, dicendum est: de susceptore vero praeter superius notata, nihil addendum occurrit.

SECTIO I.

Vtrum omnes fideles baptizati teneantur hoc Sacramentum suscipere & illud non iterare.

TRiplex obligatio intelligi potest ex parte recipientis hoc Sacramentum. Prima est negatiua, non recipiendum indigne, neque sine debita intentione ac dispositione hoc Sacramentum: quae etiam affirmatiue explicari potest sub conditione, seu quoad specificationem actus, scilicet digne recipiendi hoc Sacramentum, si quis velit illud recipere: & de hac obligatione nihil in particulari hic occurrit addendum, praeter dicta supra de Sacramentis in genere: nam haec obligatio nascitur ex generali, & conaturali lege Sacramentorum: quae ad hoc Sacramentum determinanda est iuxta dispositionem, quam hoc Sacramentum requirit, de qua supra tractatum est.

Secunda obligatio, quae in vltima particula tituli quaestionis attingitur, est etiam negatiua, non recipiendi pluries hoc Sacramentum, quae potest etiam affirmatiue sub conditione & secundum numericum vnitatem explicari, id est, vt, si quis vult hoc Sacramentum vti, semel tantum illud recipiat: & haec obligatio est etiam certissima: quia supra ostensum est, hoc Sacramentum non esse iterabile ex vi suae institutionis. Vnde, si quis tentet secundo illud recipere, irritum facit, & inane est, quidquid recipit, & ideo grauius delinquit. Quae autem hoc potest, an, qui iterato suscipit hoc Sacramentum maneat irregularis: quidam enim ita affirmant, vt Richar. in 4. dist. 7. artic. 6. q. 1. vbi idem iudicium censet esse de Confirmatione, quod de Baptismo. & Maior ibi, in fine totius distinctionis, & D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 6. §. 3. & ex Iuris peritis hoc tenet Glossa in cap. dictum cit. de Consecrat. dist. 5. & Archidiaconus, & Albertus Trotius, quos refert Couar. infra citandus. Fundari solet haec sententia in paritate rationis: nam si ille, qui iterato suscipit Baptismum, fit irregularis: cur non etiam ille, qui secundo confirmatur? praeterquam, quia in Concil. Tarracon. c. 6. & refertur in d. c. dictum est, eodem modo prohibetur Confirmationis, quo Baptismi iteratio, & eadem poena pro vtroque delicto imponitur: scilicet, vt, qui ita delinquit, non saeculo, sed solum Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famuletur. Vnde ad hoc adduci solent decreta, quae rebaptizatis irregularitatem imponunt, c. Confirmadum, d. 50. c. Quod quidam, 1. q. 1. c. Quibus, de Consecrat. dist. 4. Sed hoc argumentum in materia odiosa & penali, & praesertim irregularitatis debilissimum est: primo, quia iure ipso cautum est, irregularitatem non incurri, nisi in casibus à iure expressis: cap. Is qui, de sententia excommunic. in 6. ergo argumentum à simili nullum est ad irregularitatem colligendam. Secundo, quia licet in dicto cap. dictum est, ita esse malam & prohibitam Confirmationis sicut baptismi iterationem asseratur: ibi tamen nulla poena irregularitatis imponitur. Vnde, si ex aliis iuribus non constaret, fieri irregularem, qui secundum Baptismum recipit, ex vi huius non fieri irregularis: nam aliud est religiositas